

INSTITUTIONVM.  
SE V  
ELEMENTORUM  
DIVI JUSTINI ANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS

LIBRI QVATVOR.

A JOANNE BAPTISTA  
PISACANE

V.I. Doctore, ac Regio Auditore Castri Novi Neap.

In Carmina redacti.



NEAPOLI;  
Typis Iosephi Roselli M. DC. LXXXIV.

SVPERIORVM PERMISSV.



INSTITUTIONAL DIVITIETIANI SACRAE MATERIA  
PRINCIPIS ELENI QUATVOR IN CARMENA REGGAC TIA  
VITAE ENTIATA PLSACANE VI. DOCTORE AC REGIO AL  
DIVITIIS CASTRI NOVI NEAP

INSTITUTIONVM.  
SE V  
ELEMENTORVM  
DIVI IVSTINIANI  
SACRATISSIMI PRINCIPIS.  
LIBER PRIMVS.

A IOANNE BAPTISTA  
PISACANE

V.I. Doctore, ac Regio Auditore Castri Novi Neap.

In Carmina redactus.



De Iustitia, & Iure  
TITVLVS PRIMVS.

Iustitia est constans, & perpetua voluntas  
jus suum cuique tribuendi.

Jurisprudentia est divinarum, atque hu-  
manarum rerum notitia, justi, atque injusti  
scientia.

S. II.

His igitur generaliter cognitis, & inci-  
pientibus nobis exponere jura populi Ro-  
mani, ita videntur posse tradi commodissi-  
mè, si primò levi, ac simplici via, post deinde  
diligentissima, atque exactissima interpre-  
tatione, singula tradantur: alioqui si statim  
ab initio rudem adhuc, & infirmum animū  
studiosi, multitudine, ac varietate rerum  
oneraverimus: duorum alterum, aut desor-  
torem studiorum efficiemus, aut cum ma-  
gno labore, sèpè etiam cum dissidentia (que  
plerumque juvenes avertit) serius ad id  
perducemus: ad quod, leviore via ductus, si-  
ne magno labore, & sine ulla dissidentia, ma-  
turius perduci potuisset.

Ius cuicunque suum tribuendi firma voluntas  
Iustitia est virtus. §. I. Jurisprudētia rerum  
Est hominū, Superumq; sc̄ientia, & oneris iniq;ā  
Lucida cognitio, & certissima Notio recti.

S. II.

Ergo bis summatim notis, tradentibus Urbit,  
Ac populi Romani jura, ita posse videntur  
Exponi rectè, primò si tramite strato,  
Simplicibusq; modis, post longa indagine mēlii,  
Singula tradantur, quan*is* ut in arte docetur,  
Nō secus ac tabulā primò cū Pictor adumbrat,  
Inde colore suo speciem perfectiū ornat:  
Namque alias legum studiis intenta juventus  
Debilis, atque rudit, saepe roso exterrita: calit,  
Rebus & innumeris onerata, gravisq; laborans  
Ponderi principiò, studium seu linqueret tunc:  
Seu defessa nibil fidens (quod sapi labore  
Avertit juvenes) ferò perdiscret expes,  
Accipies leviore ss̄iatim quod tramite duc̄ta.

## Proæmium Institutionum

3

### §. VI.

Quas ex omnibus antiquorum Institutionibus, & præcipue ex commentariis Caij nostri, tam institutionum, quam rerum quotidianarum, aliisque multis commentariis compositas, cum tres viri prudentes prædicti nobis obtulerunt: & legimus, & recognovimus, & plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodavimus.

### §. VII.

Summa itaque ope, & alacri studio has leges nostras accipite: & vosmetipsoe sic eruditos ostendite: ut spes vos pulcherrima foveat, toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram Rempublicam in partibus ejus vobis credendis gubernari. D.C.P. xi. Kalend. Decemb. D.JUSTINIANO A. PP. 111. CONS.

### §. VI.

Quæ docimeta ex his, Caius quæ noster, & omnes scripserunt veteres, aliis tractatibus hausta, Atque illo, Caius descripsit ubi aurea dicta, Scilicet è cunctis cogentes optima quæque, Ac veluti ex variis turbatis fontibus unum Purius in stagnum latices, rivosque trabentes, Cum retulere viri illustres, nimumque disertis, Legimus attensè, atq; animo perpendimus, illis nostrarum & dedimus plenissima robora legū.

### §. VII.

Has igitur leges lata desumite mente, Atque alacri studio & simet præbete disertos, Spes vestrū ut foveat pectus pulcherrima, toto Hoc perfecto opere, in nostris q; partibus orbis Credendis, rerum moderamina posse tenere.



A - 2

INSTI-